



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CXVI. Differentia 7. Iure civili titulus & bona fides in præscriptione  
annorum 30. vel 40. non requiruntur:

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

## CXVI.

## DIFFERENTIA 7.

*Iure civili titulus & bona fides in præscriptione annorum 30. vel 40. non requiruntur*: l. Sicut in rem, C. de præscr. 30. vel 40. ann. & l. Omnes, eod. *Secus jure Canonico, quoad bonam fidem, c. Si diligenti, hoc tit. & c. fin. eod. Bart. 87. Canif. 17.*

I. *Imp. Theodos. & Honorius in l. cit. Sicut in rem, definiunt ita: Si quis res vel jus aliquod postuletur, vel persona, qualicunque actione aut persecutione pulsetur, agenti 30. annorum præscriptio metuenda est. Unde Cuiacius c. 3. de præscript. Actiones in rem personales, & mixtæ tolluntur 30. annis. In l. Omnes eod. Nullum jus privatum, vel publicum in quacunque causa, vel quacunque persona, quod 40. annorum extinctum est, juri silentio, moveatur: sed quicumque super quolibet jure, quod per memoratum tempus inconcussum, & sine ulla reipsa illata judiciaria contentione possedit, superque sua conditione, quâ per idem tempus absque ulla judiciali sententia simili mentione potius est, ut liber & præsentis saluberrimæ legis plenissimâ munitione securus. Idem confirmat communi Legistarum suffragio *W. Senbecius l. 41. ff. tit. 3. ubi, cum dixisset, præter possessionem usucipienti bonam fidem necessariam esse, addit, sufficere ab initio interveisse bonam fidem, videlicet traditionis tempore, l. penult.**

*ff. Pro soluto, quamvis superveniat postea alienæ rei scientia, l. un. C. de usucap. transform.*

II. Quod Ius Canonicum attinet, in præscriptione 30. aut 40. annorum regulariter titulus non desideratur, sed cum tam longi temporis possessione bona fides sufficit. *Covarr. in Reg. Possessor. §. 5. n. 2. ex communi DD. sententia apud Navarr. l. 2. Consil. tit. de præscript. Conf. l. n. 4. Dixi, Regulariter, quia tituli probatio requiritur saltem, quando adversus præscribentem præsumptio juris est, v. gr. si unius diocesis episcopus decimas in aliena diocesi sitas præscribere vellet. Hic enim non præsumitur titulus, sed probandus est. Qui verò tituli iusti censeantur.*

*Less. ostendit c. 6. dub. 7.*

Huic differentie multum affinis est, quæ sequitur, octava, sequæ invicem erudiunt.

\*\*\*

CXVII. DIF.